

Aquaæ fluviatilis, bullientis, Libram unam
cum dimidia.

MACERA per duodecim horas. Colaturæ
leniter expressæ adde

Aquaæ Cinnamomi Unciam unam cum di-
midia.

INFUSUM RHEI SALINUM.

R. Rhabarbari contusi Unciam unam,
Liquoris digestivi Uncias novem.

MACERA per duodecim horas, et colla cum
leni expressione.

INFUSUM SENNÆ CITRATUM.

R. Foliorum Sennæ Drachmas sex,
Flavedinis corticis Citri recentis Drachmas
duas,

Succi Citri Drachmas sex,

Aquaæ fluviatilis bullientis Libram semis.

MACERA per horam vase vitro, et colla.

Nota. Si succi Citri loco sumitur Pulpa Ta-
marindorum, INFUSUM SENNÆ TAMARINDATUM
vocatur.

JULAPIUM E MOSCHO.

R. Moschi Scrupulum unum,
Gummi arabici pulverati Drachmam unam.

In mortario marmoreo vel vitro tero ad
perfectam solutionem, sensim addendo

Aquaæ Rosarum Uncias octo,

Sacchari albi Drachmas duas.

KERMES MINERALE.

R. Antimonii in frustula diffracti Libram unam,
Salis Alcalini fixi vegetabilis Uncias tres,

Aquaæ fluviatilis Libras tres.

COQUE per bihorium, et liquorem ferventem
per chartam cola. Residuo iterum affunde

Aquæ Libras tres,

Salis alkalini fixi Uncias duas.

COQUE ut antea, et liquorem per chartam
cola: idque tertia vice repete. Liquores mixti
in vase vitro, refrigerati et quieti, deponant
pulverem, qui affusa calida edulcoretur l. a.

LAC AMMONIACI.

R. Gummi Ammoniaci purissimi Unciam
semis,

Arabici Drachmas sex,

Aquæ Pulegii Uncias octo.

In mortario marmoreo vel vitro tere, doz-
nec gummi soluta sint.

LAPIS CAUSTICUS.

Vulgo Lapis Septicus.

R. Lixivii saponarii q. v.

VAPORET leni igne ad siccitatem, dein cal-
cinetur in crucibulo, donec in fluorem olei
instar abeat. Tum massâ super marmor cali-
dum effusa, lentescens adhuc in frustula fecetur,
et in vase bene obturato servetur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

R. Aluminis,

Boli armena,

Colcotharis Vitrioli,

Lithargyri, singulorum Par pondus,

Aceti vini ad supereminentiam quatuor
digitorum.

In vase figulinio vitreato, spathula lignea
agitando, coque ad siccitatem.